

I 2 W

1 6 0 5

✓ 00/19.

ms. No. 296.

Gesner, Jul. (Zug disputations)

—(46) Hoe, M.

K. IV. 31.

Rupertus Niesing accepit
Jacobs Tappia.

comptur 1.13.7





DISPUTATIO II.
CONTRA CONCILIVM TRIDENTINVM

è Dn. D. Martini Chemnicij Examine,
 Continens VI. Capita

- I. *Constitutionem seu propositionem.*
- II. *De propagatione caelestis doctrinae ante scripturam.*
- III. *De origine scripturae Veteris Testamenti.*
- IV. *De autoritate scripturae Veteris Testamenti.*
- V. *De unica regula judicandi controversias.*
- VI. *De traditionum Thalmudicarum & Pontificiarum similitudine.*

quam privata *συντήρησι* excutiendam sub
 praesidio

SALOMONIS GESNERI
 S. Theologiae Doctoris & profefs. in Aca-
 demia VVittebergensi. pub. proponit

M. AVGVSTINVS PREILIVS
 Torgensis.

Anno Christi 1602. die 21. Ian:
 VVITTEBERGAE,
 Typis VVolfgangi Meisneri.



ADMODVM REVE-
RENDIS ET CLARISSIMIS

Viris

ÆGIDIO HVNNIO &
DAVIDI RVNGIO

S. Theologiæ Doctoribus, inq̄ alma VVite-
bergenſium Profeſſoribus publicis, præceptoribus meis
ætatem colendis, à colloquio cum Pontificijs Ra-
tisbonenſi propriè Calendas Ianuarij do-
mum reverſis

Salvere, & Annare perennare.



Væ reditum excipiet dignè Adventoria
veſtrum,

O duo Muſææ lumina Leucoridos?

Mattya nū vobis lautæ eſt ponenda ſalivæ,

Nataq; regalem vina levare ſitim?

Talia ſed ſapiūt ad ſcitamenta Gnathones.

Vobis ſunt libri litterulæq; cibus:

Ergonè ſubdubitem veſtro arridere palato

Hæc è CHEMNITHI fercula ſtructa penu?

Lautia Vos longè (fateor) potiora decebant.

Parva tamen Magnos munera ſapè juvant:

Vos capite innubi tenuem promulſida vultu.

Integra ſuccedet tempore Cœna ſuo:

Reſpondens.



29
CAPVT I.

De statu disputationis & controversiæ præ-
sentis ex I. & II. Decreto IV. sessionis Concilij
Tridentini.

T H E S I S I.



Um Pontificij, & Tridentini præsertim con-
venticuli patres animadverterent, plerosq;
errores & abusus Romana Ecclesiæ: & scriptu-
ra $\Delta\epsilon\omicron\tau\upsilon\epsilon\upsilon\acute{\sigma}\omega$ nec probari nec defendi posse:
hanc inierunt rationem, ut Sacrarum litera-
rum auctoritate blasphemum in modum ele-
vatâ, qualiacunq; cause suæ deploratæ præsidia compararent.

II.

Inde factum est, ut primò traditiones suas $\alpha\gamma\gamma\acute{\alpha}\phi\omicron\varsigma$ verbo 1.
Dei scripto exæquârint, easq; pari cum pietatis affectu suspi-
ciendas juxtâ ac suscipiendas etiam sub pœna $\alpha\nu\alpha\delta\epsilon\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\delta$ κρησφύ-
statuerint. γεται.

III.

Quid ita verò? quia scripturam, ajunt, divinitus inspira-
tam non complecti omnia, quæ ad fidem confirmandam, mo-
resq; ac vitam informandam necessaria sint ac sufficienti.

IV.

Deinde ijdem Antichristi satellites antiquissimum illud 2.
inter libros utriusq; Testamenti Canonicos & Apocryphos di-
scrimen evertunt, & utriusq; notæ scriptis eandem planè fidem
& auctoritatem in stabiliendis Ecclesiæ dogmatibus ascri-
bunt.

V.

Præterea veterem duntaxat Latinam Bibliorum versio- 3.
nem, & vulgatam quidem editionem mordicùs retinendam

A 2

conten-

contendunt adeò, ut nemo iam in disputationibus, quàm expositionibus vel ungue latius ab ea quovis prætèxtu discedere audeat, vel præsumere debeat.

VI.

Deniq; cum (ut ipsi blaterant) Sacra scriptura ratione dogmatum obscura sit & ambigua; penes se, hoc est, Pontificem, Romanamq; Ecclesiam esse jus & auctoritatem authenticam interpretationis asserunt.

VII.

Hæc sunt nimirum primaria Papicolarum κρησφύγετα quatuor, in quibus illi receptum querere conantur, ne ex verbo Dei ἐγγράφω (quod loco Iudicis solum erat habendum) convicti manus dare cogantur.

VIII.

Cum verò posteriora tria in disputationibus subsequutaris demùm sint ventilanda: nos hac vice primum duntaxat sumus examinaturi.

IX.

Ideoq; tum ex origine Sacrarum literarum ultima, tum ex causis earundem & usu demonstratum ibimus, illas ipsas & ad dogmatum omnium dijudicationem, & ad mores piè vivendi ita sufficere, ut verbo Pontificiorum ἀγγράφω non sit opus.

CAPVT II.

DE PROPAGATIONE DOCTRINAE
cœlestis ante adhibitam scripturam.

X.

Obtendunt sanè Pontificij causa sua primævam munditatem, quæ ad annos 2454. traditionum continua successione vivaq; vocis ministerio doctrinam cœlestem secluso scripturae adminiculo propagavit.

XI.

Sed illi nec temporum diversitatem, nec Dei optimi maximi consilium animadvertere ex præfracta malicia cupiunt

12. Ad

XII.

Ab initio quidem mundi posteaquam Deus, $\phi\omega\epsilon\ \sigma\iota\kappa\alpha\upsilon$
 $\alpha\pi\rho\sigma\iota\tau\omicron\nu$. 1. Tim. 6, 16. & ante & post lapsum se suamq; vo-
 luntatem humano generi patefecerat: doctrinam illam $\delta\epsilon\sigma\pi\alpha$ -
 $\gamma\acute{\alpha}\delta\omicron\tau\omicron\nu$ viva vocis beneficio disseminari, & ad posteros trans-
 mitti voluit.

XIII.

Quapropter Patriarchis & primævis humani generis sato-
 ribus, tum longissima vitæ spacia concessit, tum peculiaribus
 eosdem revelationibus instruxit ac confirmavit, ut suo super-
 stites testimonio veritatis salvificæ puritatem ab interitu &
 corruptelarum admistione vindicaret.

XIV.

Sed quàm lubrica nihilominus istiusmodi fuerit & incer-
 ta divini verbi citra scriptioris adiumentum conservandi ra-
 tio, patet eorum exemplo, qui in florentissima mundi tempesta-
 te non solum ante, sed etiam post diluvium $\kappa\alpha\theta\omicron\lambda\iota\kappa\omicron\upsilon\sigma$ vixerunt.
 Gen. 6. 2. & 3. Ios. 24. 3. Gen. 31. 19. & 30. Ezech. 26. 7. & 8.

XV.

Atque eius quidem rei causam Deus ipse lapsui & humani
 cordis depravationi perspicuè adscribit. Gen. 6. 3. & 8. 21.

XVI.

Post diluvium verò accessit insuper huic malo linguarum
 confusio, nepotamq; Noæ in diversas, longissimeq; distitas ter-
 ras diffusio. Gen. 11.

CAPVT III.

DE ORIGINE SCRIPTURAE VETERIS
 Testamenti.

XVII.

Cum igitur Deus in posterum doctrinam collapsam non
 tam frequentibus in staurare apparitionibus decrevisset, ut Pa-
 triarcharum atate factum fuerat, neq; tamen interim eiusdem
 sinceritatem Sarcana hominumq; audaciâ adulterari vellet: pro

A 3

infinitis

infinita sua sapientia viam est ingressus aliam, & Moyse hoc negocium dedit, ut omnia, quae ad fidem, mores, cultum, adeoque ad salutis aeternae consecutionem pertinent, literis mandaret.

XVIII.

Atque ut maiorem verbo ἑρμηνείας auctoritatem conciliaret, suis ipse digitis sacras scripturas initiaturus ac consecraturus, scribendi auspiciū fecit. Exod. 24, 12. & 34, 1. & 28. Deut. 10, 4.

XIX.

Nam etsi Exod. 24, 7. ante tabulas Decalogi è monte Sina allatas mentio fit voluminis fœderis: Sciendum tamen est, Mosē non temerario ausu, sed divino instinctu, calamum strinxisse, & ad scribendum accessisse.

XX.

Eo autem, quod loco allegato innuitur, volumine nihil Moyses complexus est aliud, quam decem praecepta, quae Deus ipse bis lapideis insculpsit tabulis. Deut. 9. & summam legum Ceremonialium iuxta ac forensium, quas DOMINVS itidem Mosē postea, sed fusiùs, in librum referre iussit. Exod. 34, 27.

XXI.

Atque illius Voluminis capita per Mosē tunc consignati à cap. 20. usque ad 24. Exodi continentur; superque eo libro fœdus inter Deum & Israëlitas est initum Exod. 24, 8. Ebr. 9, 19.

XXII.

Liber verò Bellorum DOMINI, Num. 12, 14. & Liber Iustorum, Ios. 10, 13. non de scriptis antediluvianis, sed coevis sunt capiendi, in quibus vixit rex sub Mosē ac Iosua gesta, populiq; Israëlitici praelia fuerint descripta.

XXIII.

Certum itaque est, nihil ex libris θεοπνεύστοις, quos ad ultimam usque posteritatem propagari Deus voluit, ante Mosē & Decalogi tabulas scriptum extitisse.

XXIV.

Quorsum verò haec spectant? quorsum, nisi, ut intelligatur, Deum

Deum ipsum fuisse autorem huius instituti, ut doctrina caelestis
in literas referretur, & hoc modo conservaretur?

CAPVT IV.

DE AVTHORITATE SCRIPTVRAE VE-
TERIS Testamenti.

XXV.

Ac posteaquam sua Deus manu verba Decalogi in tabulis
exarasset lapideis; reliqua Moſen conſignare iuſſit, ut oſtenderet,
non minoris eſtimanda eſſe, quæ per homines divino teſtimonio
& miraculis ornatos in poſterum conſcriberentur.

XXVI.

Vt verò innoteſceret omnibus, ſacram ſcripturam debere eſſe
normam & amuſſim, ad quam non mores tantùm & cultus di-
rigendi, ſed omnis etiam generis dogmata eſſent exigenda: De-
calogi quidem tabulas in Arcam fœderis, quæ ſacraſſimum
tabernaculi locum occupabat, Deus imponi iuſſit. Exod. 25, 16.
& 40, 20. Deut. 10, 2. & 5. Moſes verò ſua ſcripta, quæ ex inſpira-
tione divina prodiderat, in latere Arcæ collocari præcepit. Deut.
31, 26.

XXVII.

Huius autem depoſiti cuſtodia non ſolum ſacerdotibus, Le-
uitisq; Arcam fœderis portantibus & cunctis ſenioribus Iſrae-
lis eſt commiſſa, Deut. 31, 9. & 10. ſed Regi etiã ſerio eſt injunctũ,
ut exemplar legis deſcriptum haberet ſecum. Deut. 17, 18. & 19.
ut ne ſcilicet declinaret in partem vel dextram vel ſiniſtram.

XXVIII.

Quin imò mandatum quoq; eſt vulgo, ut verba legis ſcribe-
ret in poſtibus, januis, & limine, eaq; ſermonibus ſuis nunquã nõ
uſurpando familia liberisq; inculcaret. Deu. 6, 9. & 11, 20. & 21.

XXIX.

Atq; hinc ſanè liquet, cur Iſraëliticam Eccleſia poſt conſcri-
ptum legis librum fuerit $\sigma\upsilon\lambda\omicron\varsigma \kappa\upsilon\epsilon\delta\omicron\zeta\alpha\iota\omega\mu\alpha \tau\eta\varsigma \alpha\lambda\eta\theta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ 1. Tim.
3, 15. non quòd ſuo quidvis arbitrato ſtatueret poſſet, ſed quòd
concredita ipſi forent $\tau\alpha \lambda\omicron\gamma\iota\alpha \tau\omicron\delta\ \delta\epsilon\omicron\varsigma$. Rom. 3, 2.

XXX.

Non igitur ab Ecclesia auctoritatem suam obtinet scriptura, sed à Deo, à quo originem est sortita.

CAPVT. V.

DE VNICA REGVLA DIIVDICANDI
controversias, quæ est scriptura.

XXXI.

*Ac quemadmodum Israëlita, quæ tum gentes illis à Iaphe-
to Chamog, oriunda παρισσοπαροδοτα, sed à Sacris scripturis a-
liena opponebant, jure meritoq, repudiare poterant. Sic & ho-
die quæcunq, traditionum titulo circumferuntur, ex verbo ἐν-
γράφω est imanda esse, nemo non intelligit.*

XXXII.

*Nam nec propheta in V. T. ingentibus à Deo miraculis con-
firmati potestatem habebant diversum à Mosaicis institutis ac
vaticinijs docendi: Ideoq, ex divino afflatu illustriores dunta-
xat illis adyiciebant interpretationes, prout N. Testamenti Lu-
cifer magis magisq, appropinquabat.*

XXXIII.

*Vnde quoties populum Israëliticum arguunt de corruptelis
doctrina, à lege DOMINI, scripturis nimirum comprehensâ,
discessionem factam esse dicunt. 2. Reg. 19, 10. Ezech. 30, 21.
Os. 8, 1. &c.*

XXXIV.

*Ut verò propheta orthodoxi se suaq, dogmata à delirijis τῶν
ψευδοπροφητῶν sejungerent. Ezech. 13, 9. doctrina sua summam
& capita literis mandabant, eosq, libros ad monumenta Mosai-
ca in latere Arcæ collocabant. Ios. 24, 26. Deut. 31, 26. 1. Sam. 10,
25. Esa. 8, 1. & 30, 8. Ierem: 36, 2. 4. & 45, 1. & 51, 60.*

XXXV.

*Nam etsi plura sunt, quæ Patriarchæ, reges pij & pro-
pheta fecerunt, ac divino instinctu docuerunt, quàm quæ
V. Testamenti angustijs continentur; tamen istis, quæ scripto
comprehensa sunt, non dissimilia, multò minus contraria fue-
runt; & divinâ providentia factum est, ut ea tantum
conscri-*

conscriberentur; quæ ad fidem vitæq; pietatem sufficere posteris
judicata sunt. XXXVI.

Cuius quidem selectionis fundum fuisse & subscriptorem
Deum ipsum liquidò apparet ex Gen. 1. c. ubi eius generis di-
cta ac facta commemorantur; quæ à nullo hominum, sed ex solius
Dei revelatione cognosci potuerunt.

XXXVII.

Eadem igitur docuerunt Propheta & scripserunt, non qui-
dem ratione omnium & singularum concionum, sed ratione o-
mnium dogmatum ad aeternæ salutis adeptionē. necessariorum.

XXXVIII.

Quod cum ita sit: facessant Pontificij, qui verbo Dei ἑ-
ργάφω, quod imperfectionis falsò insimulant, suas traditiones
ἀργάφω, non tantum assuere, sed etiam, si Deo placeat, exagquare
annuntur.

XXXIX.

Nam si V. juxta ac N. Testamenti historiam perlustrave-
rimus, nusquam reperiemus vel controversias ex τὰ ἀγράφωτα
non-scriptis esse decisas, vel corruptelas in doctrina exortas in-
didem emendatas; sed utrobique rem gladio Spiritus, hoc est, scri-
pturæ sacræ gestâ fuisse. XL.

Tempestate profectò Achasi, cum remoto altari Domini,
& substituto Damasceno 2. Reg. 16, 10. & II. religionis corrup-
tela regnarent, ijsq; speciosus revelationū titulus pretereretur,
Esaia simpliciter ad legem & Testimonium auditores suos vult
amandatos. Esa. 8, 20. XLI.

Non ad modum dissimilem pij reges, & Ecclesie Iudaica
antistites religionem collapsam, explosis & eliminatis superstiti-
onibus, redintegraturi, non traditionum certè, sed libri legis
Mosaicae Cynosuram sunt secuti.

XLII.

Exemplo sunt Iosaphatus 2. Paral. 17, 9. Ezechias. 2. Paral.
31, 21. Iosias 2. Paral. 34, 31. Esdras c. 8. & 9.

XLIII.

Vnde Ioas, cum in regnum inauguraretur, imposito capiti
diade-



diademate, & in manum simul tradito legis testimonio rex creatus legitur, 2. Paral. 23. 11.

XLIV.

Iam verò si scripta N. Testamenti evolvamus, deprehendimus itidem & CHRISTVM & Apostolos in suis tam disputationibus, quàm concionibus dogmaticis nò ad $\pi\alpha\rho\alpha\delta\ \delta\sigma\epsilon\gamma\ \alpha\gamma\epsilon\alpha\phi\epsilon\gamma$, sed scriptum Dei verbum auditores suos deduxisse.

XLV

Etenim ex illo Phariseos CHRISTVS refutat & Saducæos Matth. 12, 3. & 7. 15, 8. 22, 29. 19, 5.

XLVI.

Ex eodem discipulos suos Iudaicis fascinatos opinionibus erudit & in viam fidei traducit Luc. 24, 27. & 46.

XLVII.

Quid porrò dicam de Evangelistis & Apostolis, qui Servatoris nostri nativitatem, fugam in Ægyptum, passionem & in vitam reversionem non aliunde, quàm è sacris literis & Prophetarum oraculis demonstrant? Matth. 1, 22. & 2, 15. Ioh. 19. 36. Act. 2, 25.

XLIX.

Hinc & Paulus coram rege Agrippa. Act. 26, 32. discrimen profitetur, se docere nihil extra ea, quæ Moses & Prophetæ prænuñciaverint: & Rom. 1, 2. asseverat, se illud prædicare Evangelium, quod per Prophetas in scripturis sit promissum.

XLIX.

Ac profectò hinc non abludit, quòd laudantur à Spiritu S. Berrhoenses, qui Apostolorum conciones ad scripturas, an ita se scilicet haberent, examinabant. Act. 17, 11.

L.

Ex his igitur & his similibus consequentiã inevitabili conficitur, divinas literas è scriptis prophetis & Apostolicis contextas adeò omnibus numeris esse absolutas, ut traditionibus exclusis ad fidem moresq; pie viuendi sufficiant. 2. Tim. 3, 16. & 17.

CADUS

CAPVT VI.
DE TRADITIONVM PONTIFICIARVM
cum Thalmudicis convenientia.

LI.

Quod cum ita se habeat: Valeant cum traditionibus suis Pontificij, quæ manifesta similitudine accedunt ad Pharisaicas & à Christo damnatas Iudeorum $\pi\alpha\rho\alpha\delta\acute{o}\sigma\alpha\epsilon$ Matth. 5, 21. 31. 33: & 15. 2: & 23, 23. & 25. Marc. 7, 5 & 8. Luc. 11, 3. 8. 40, 42: & 18, 12.

LII.

Primò enim idem est utrobique effectus: siquidem perinde ut pharisei majorum ac seniorum suorum traditionibus sinceritatem Scripturae $\delta\iota\omicron\kappa\acute{\nu}\epsilon\upsilon\sigma\alpha$ corruerunt; quod patet ex depravatione quarti & quinti præcepti Matth. 5, & 15: ita quoque Papicola genuinam Sacrarum literarum sententiam suis traditionibus adulterarunt.

LIII.

Vnde utrisque dictum Irenæi competit l. 4. c. 25. Seniorum traditio contraria erat legi, quæ data est per Moysen: Propterea & Esaias ait c. 1. Caupones tui miscent vinum aqua, ostendens, quod austero Dei præcepto miscerent seniores aquatam traditionem, in qua quedam auferant, quedam addant, quedam, quemadmodum volunt, interpretentur ipsorum magistri. Ideoq; etiam verbo Dei, quod ipsos de Christi adventu arguebat, subiecti esse noluerunt.

LIV.

Deinde per utrobique est in servandis traditionibus superstitio. Nam ut Tridentini Patres decernunt, $\epsilon\gamma\gamma\alpha\phi\alpha\varsigma$ traditiones suas pari cum scriptura affectu pietatis & reverentia amplectendas esse: ita Iudæi olim fingebant, hodieq; fingunt, suarum opinionum vanissimarum observationem, quas extra & præter Verbum $\epsilon\gamma\gamma\alpha\phi\alpha\varsigma$ à majoribus ad se defluxisse comminiscuntur, vel præferendam vel certè æquandam scriptis Dei mandatis, Marc. 7. Luc. 11. & 18. Matth. 15. & 23.

Porro.



LV.

Porro conspirat utraq; de traditionibus sententia in origine. Inde enim Iudaei ad traditionum venerationem sunt delapsi, quod à Diabolo, ejusq; administris persuaderi sibi patiebantur, multa fecisse Patriarchas Prophetasq; & docuisse, quae literis annotata non sint, & non raro in legem divinam fronte, quod dicitur, adversa incurrant.

LVI.

Ideoq; Scripturam non continere omnia ad salutem ac pietatem necessaria clamitant, sed defectum illius ex traditionibus supplendum esse. Os. 12. Quo quidem ex eodem fonte suam quoq; de traditionibus opinionem hauserunt Pontificij.

LVII.

Præterea utriq; simili planè ratione longam seriem Tūc Diadoxū, traditionis quasi per manus facta, & continuata conserunt. Nam illi sua Thalmudica somnia fabulantur Mosē tradidisse Pinehæ, Pineham Heli sacerdoti, hunc Samueli, illum Davidi, & ab eo accepisse Achiam Prophetam, deinde Eliam, Eliseum & longo ordine deinceps alios, ut ex ipsorum commentarijs planum facit Galatinus lib. 1. c. 1. Idem verò ad unguem de suarum traditionum propagatione Pontificij profitentur.

LVIII.

Postremò quemadmodum Rabini eam ob causam tantoperè pugnant pro retinendis traditionibus, quòd animadvertunt, scriptura sacra evidentia convictos, Thalmudicis nihilominus decretis à Christi veneratione abstrahi, id quod etiam paucitas eorum, qui à tempore conscripti Thalmud ad Christianam religionem accesserunt, aperte docet (conscribi enim illud circa annum Christi 190. sub imperio demum Commodi captum est) sic etiam Papicola in defendendis suis traditionibus non alià sine tam vehementer laborant, quàm quòd cognitum habent & exploratū, his solis solium sui Patris Romani ruinosum fulciri.

F I N I S.

99 A 6902

ULB Halle

3

002 064 405





17470c

Retro

VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue



DISPUTATIO II.
DE CON-
CORDIA TRIDENTINVM

Martini Chemnicij Examine,
Continens VI. Capita
de confirmatione seu propositionem.
de propagatione caelestis doctrinae ante scri-
pturam Veteris Testamenti.
de veritate scripturae Veteris Testamenti.
de regula iudicandi controversias.
de editionum Thalmudicarum & Ponti-
ficarum.
data 1602. die 21. Ian:
praesidio

IONIS. GESNERI
Magistri Doctoris & profefs. in Acade-
miae Wittebergens. pub. proponit

JUSTINVS PREILIVS
Torgensis.
anno Christi 1602. die 21. Ian:
WITTEBERGAE,
apud Volfgangi Meisneri.

